



T De Pollice  
2 Scientia et ignorantia in continentis  
3 De processu actionum moralium principio  
4 An Aristoteles cognovit creationem.  
5 De Iure quo homini homo in sermone obligatur  
6 In periculum filii Iosephi de Iesu Christo  
7 De iniusto Pontii Pilati Iudicio  
8 De gynaeccratia subsidiaria  
De sermone Brutorum  
De sterilitate mulierum  
De morte in Unius  
De Visu Falparum  
De Nomina b. atq; misericord. Lupini  
De metallorum transmutatione  
De expositione infantum  
De phlautia.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Q. D. B. V.*  
EXERCITATIO PHILOSOPHICA  
*DE*  
**MORTE INUNDIS,**  
contra Servium & Syncetum,

an. 10

*Quam*  
Inclitæ Facultatis Philosophicæ  
in Almâ Philureâ  
permissu & Authoritate.

SUB PRÆSIDIO  
*VIRI CLARISSIMI*  
**M. JACOBI THOMASII,**  
Eloquent. Prof. Publ. & Minoris Prin-  
cipum Collegati,  
DNI. PRÆCEPTORIS atque PATRONI sui omni  
observantia cultu plurimum devenerandi,  
*Publica Eruditorum disquisitioni*  
*exposuit,*  
Die 14. Augusti ANNO Epoches Christianæ

11.

*M. DC. LXVII.*

**SIMON CORFINIUS,**  
Hamburgensis.

*H. L. Q. C.*

---

Nunc recusa LIPSIÆ,  
Anno 1672.

EXERCITATIO PHILOSOPHICA

MORTE INUNDIS  
CONTRA GELAVIMUS SANCTUM

IN HOMO MADM

# Juvante Triuno!

## TRESIS I.

**N**ter violentæ mortis genera submersio est in aquis. Hanc multi, qui cum liberandi spacio mori decrevissent, ultrò elegerunt, ut minùs in invicem sibi. Vicissim plenæ sunt historiæ aliorum exemplis, qui periclitantes in undis enixissimè hanc necem præcruentā vel aliis violentis deprecarentur.

§. 2. Nimirum ubi duæ res inter se comparantur, sàpissimè sit, ut utramq; hinc oportunitates commendent quædam, illinc premant incommoda. Hinc evenit, ut pro cupiditatum varietate in contrarias partes abeant humana desideria.

§. 3. Ex hoc argumento, quod satis überem scribendi materiam præbere potest, quæstionem historicam excerptere propositum est. Causam, cur *undis mergi* grave habitum homini fuerit, *Servius* a) & *Synefius* b) hanc allegant, quia sic non corpori tantum, sed ipsi animæ sit moriendum. Uterq; ad Homericum provocat: *Servius* etiam ad rationem, quoniam ignea sit anima. Nos in alia omnia eundum putamus.

a) ad 1. *Aen.* Virg. v. 97.

b) *Epist.* 4.

§. 4. Certum est, animam nostram nec aquis nec ullo mortis genere perimi. Certum quoque, gentilium eos, qui cum Epicuro corporibus ipsam superstitem negaverunt, in mari eam non minùs, quam in aliis elementis deleri credidisse. Sed neutrum venit in controversiam præsentem. Id queritur: an ex ethnici illi, quibus immortalitas animæ persuasa fuit, aliis eam casibus invictam, aquis succumbere sint arbitrati? Quod status con*troversia.* ne quidem positâ ejus igneâ substanciali necessariam habet sequelam. An item, qui apud Homerum, aliosvé scriptores indignantur huic leto, causatione istâ usi fuerint? *deniq; an* scriptores ipsi sensum ejusmodi præ se tulerint?

§. 5. Evidem fuerunt, qui jam ante nos *Serviō* hīc & *Syne-*

*Mors in un-*  
*die*

*cur gravis*  
*fit sententia*  
*Serviū &*  
*Synefisi.*

fio absentirent e). Sed quia contradixerunt potius, quam argumentis corum responderunt: non sumus peccaturi, si quo illi se onere levavere, id jam in nos recipiamus; præsertim cùm nec desint, qui vel nñiam veterem repeatant, vel novis insuper pigmentis, quæ simul abradere studebim⁹, colorent d.)

e) Nascimbæn. ad I. Æn. v. 101. f. 59. 60. Jac. Pontanus ad Ovid. l. trist. 2. f. 63. Giphanius Schol. in p. 128. Odys. d. Lipsius III. Phys. Stoic. 11. p. 139. qui tamen Servii rationem non æquè spernere videtur, infra §. 18. d) Servianum hoc, ait Cerdæ in I. Æn. f. 23. plausibile est doctis, præsertim Nannio (VII. Miscell. 2. cuius ferè sua facit Taubm. p. 326, 327. ad Culicem Virg.) Germano (Valenti, ut opinor, qui in Virgilium scripsit) Delrio (comment. in Senecæ Agam. p. 500. 501.) alio, (& in his ipsi Cerdæ.) E Synesio Berzmanus Virgilium interpretatur I. Æn. p. 153. k. & Ovidium I. Trist. p. 301. a. Barthius Guil. Britonem p. 401. ad eum. De Petavio & Bodino, (cuius locum commodè suggestit nobis conjunctiss. Collega Valentinus Alberti,) dicemus §. 13. t. u. de Merulâ, Amperachio & Farnabio §. 16. d.

§. 6. Facilius autem procedet hoc nobis negotium, si veras causas, ob quas in undis expirare molesta res visa fuit, ante cognoscamus. Sic enim in locos plerosque ducemur, quos obtortis collis aliò traxit infelix interpretatio.

Primas;

§. 7. Tres omnino tales sunt causa. Prima fortibus bello virtutis propria. Quibus cùm pulcherrimum videatur inter experimenta virtutis in acie oppetere maximis post hujusmodi mortem honoribus afficiendos, non mirum si inter *ignavas* & *inglorias mortes* hac etiam, quæ solet naufragos excipere, sordeat. Nam & ipse Aristoteles hanc moriendi sortem dedignari, characterem facit viri fortis e).

e) III. Nic. 6. Plura in hanc rem interpretes ejus suggesterent, Gifan. p. 213. Magir. p. 262. Balfour. p. 169. Quibus adde Hornej. III. Phil. mor. 5. n. 4. p. 366. & Cerdam ad I. Æn. p. 23. qui Nazianzeni quædam verba huc aptat.

§. 8. Tales apud Homerum sunt alibi Achilles f), alibi Ulysses g). Quorum uterq; submersioni, (quam tamen effugerunt post

postea,) proximus optat ad Trojam potius occubuisse cum  
gloriā: Achilles etiam illam in aquis mortem, ut subulco di-  
gnam, infamat.

f) Iliad. Φ. v. 279. οἱς μὲν οὐρανοῖς ἔπειτα κλένειαι, οἱ δὲ φύσει τέ-  
τραφτάρις Θεοί, Τῷς καὶ σύγαρθον μηδὲ ἐπεφύ, σύγαρθος δέ κεν εἶτενά-  
ελξε. Νῦν δέ με ΛΕΤΓΑΛΕΩΣ θυνάτῳ ἔμαρτη ἀλῶναι, (hunc  
versum lit. seq. habebis & in Ulyssis querelā.) Ερχόμενοι δὲ πόλεσοι  
χειμῶνι φένναντι. Quem ad locum Eustathius inter alia f.  
12; b. 12; 7. Φασι δέ τις παλαιοί, καὶ οὐκαντίς λυπή τὸν ἥρωα τὸ  
θυνέν αὐγονάς. καὶ γὰρ καὶ λεονίδας ὁ λάκων τὴν χειροθεοτηταν  
ἀδύετο, ὅπι μὴ ἔχων χειρα πελεστα. Quod hīc de Leonide inter-  
pres, idem ferē de Callicrate narrat Herodot. lib. IX. c. 71.  
f. 540. g) Odyss. 2. v. 306. Τέλες μάκαρες Δαναοὶ καὶ τελείκοι, οἱ  
ποτὲ δόλοντο Τερήνην Σερέπην, χάρακαν Αἰτείδηστο Φέροντες. οἱ δὲ ἔ-  
δωγούσι οὐρανούν καὶ πότιμον θησαυρὸν ἡματί τῷ, ὅτε μοι πλεῖ-  
σοι χαλκέες δέρετο Τερῆνες ἐπέριψαν τῷ Πηλείωνι θενόντι, τῷ  
καὶ ἔλαχον ιππέων, οἷς μὲν οὐλέσθησαν Αἴγαιοι. Νῦν δέ με ΛΕΤ-  
ΓΑΛΕΩΣ θυνάτῳ ἔμαρτη ἀλῶναι.

§. 9. Tales in eodem periculo juxta Homericum exemplar  
expressi Aeneas & Hippomedon. Quorum ille apud Virgilium  
b) talia voce refert: O tergo, quatergo, beati, Queis ante omnia pairum  
Troja sub manibus aliis Contigit opprimeri! Hic apud Papiniū  
i) exclamat: Fluvione (pudet!) Mars inclite merges Hanc animam  
k) Segnēne lacus & stagna subibo Cen pecori cufos subiti torrentis  
iniqui Interceptus aqua? adeone occumbere ferro Non merui?

b) l. En. v. 98. Ubì Donatus ad v. 96. Cruciatbat animum  
virifortis, qui optabat potius gloriōsè in campo occubere, quam  
in fluminib[us] ignobiliter interire. Recte. Nec aliter sensu Poet[us]  
explicant Nascimbænius & Lamb. Hortensius f. m. 59. 61.  
Seb. Regulus Brasichellensis p. 157. Jac. Pontanus f. 667.  
Quorum commentarii hoc argumentum egregie illustrant.  
i) IX. Theb. v. 506. ubi vide Barth. p. 1017. & Cerd. ad l.  
En. f. 24. k) considerabitur hoc §. 34. c.  
S. 10. Ex hac causâ mortem in undis Pedro Albinovanus l) in-  
ertia facta, Seneca Tragedus m) ignorava facta & pudendam mortem,  
Valerius Flaccus n) segne letum vocat.      A 3      l)

¶ apud Senec. Rhetorem suam. i. sub fin. Benè hoc explicat sensu nostro Cerdà ad I. En. f. 24. & similes aliorum auctorum locos cumulat. m) Agamemnone v. 510. Nobiscum iterum hic facit Cerdà d. l. & Jac. Pontan. ad Ovid. Trist. f. 63. n) I. Argon. v. 633.

§. II. Etiam Saxo Grammaticus o) huc respicere videtur, cùm ignobile fatum appellat piratarum, qui jamjam capiendi vivi, aliis hostem exspectantibus, in undas defilire, quām quid de se statueretur, operiri maluerunt. Sed nolim ego tamen ex hoc hominum genere illos, qui carnificis gladium undis prætulerunt, cum fortibus justo bello viris comparare p).

o) lib. XIV. Hist. Dan. f. m. 209. 310. p) Fortes viri malunt cum hoste, quām cum flūctu manū conferere: quia illī virtus militaris exercetar, hoc bubulcus quoq; præstet: illī mortem gloria ex virtute sequitur, hic nulla troporum spes aut similiū ceremoniarum. Pradones in alia consilia partim conscientia sceleris agit, partim promeriti, cumq; summa iguominia cōjuncti supplicii metus. Tale ut effugient horum nonnulli, consultius putaverunt, (non dispu[n]t an re& è,) profundo mergi. Nam & bellatores reperiunt, qui si hostem vel suspectum haberent crudelitatis, vel indignum à quo caderent, suā quām ipsius manū interire præoptarunt. Ceteris, idem ne facerent, fortasse vix aliud quid obstitit, quām horror, quo animalis natura fugit d[omi]n[u]s. Ergo his non tam elementum, quod eligeant socii, quām triste in propriam necem ministerium displicuit. Quod autem eorum capita postea fatum in stipitiibus exceptit, id credo nec ipse Saxo nobile appellat, nisi eo sensu, quo nobile scortum dicimus.

§. 12. Secunda causa in plebejas etiam cadit animas. Eam juvet à Guillermo Britone q) discere, qui narrat, municipes Gornacensis oppidi, cùm in eos obfessos Philippus Augustus Galliae Rex vicinum stagnum immisisset, vitam sub hoste amittere, quām sub aquā maluisse, quod in aere exspirare mortem naturalem crederent.

q) lib. VI. Philipp. v. 243. Dum minus esse malum p[ro]p[ter]e p[ro]p[ter]e

Secunda;

pulus) aut in vincula trudi. Aut perimi gladio; quam vitam perdere fluctu. Quam naturali letho decet ire sub auras. Gesta haec sunt initio seculi XIII.

S. 13. Etiam tercia causa cuivis communis est homini, qui Tertia modò suā interesse puret post obitum in terrā sepeliri. Quos enim absorbet mare, hi aut piscium pascunt ingluviem, aut, si expiuntur in terram, facile tamen & sic relinquuntur insen-  
puli. Eam ob rem leti hoc genus Ovidiorū miserabile, Vege-  
tio s) acerbum, Athenagoræ t) qui sic obeunt, duodavato; vo-  
cantur. Huc & Vedii Pollio servum refero, qui pisces im-  
mergendus optavit, ut aliter periret, nec esca fieret u).

r) I. Trist. el. 2. v. 51. Non letum timeo, genus est miserabile  
leti: Demite naufragium, mors mihi munus erit. Est aliquid fatore  
suo, ferrōve(sic Pontanus ad h.l. f. 64. legit pro fatoque fero-  
que,) cadentem in solitā moriens ponere corpus buno, Et mana-  
dare suā aliqua, & spemre sepulcrum, Et non aquoreis piscibus  
esse cibum, s) IV. de re milit. 44. p. 146 ed. Franc. Modii: Inter-  
tanta mortuum genera, (loquitur de iis que navalī prælio cer-  
tantibus proposita sunt) qui acerbissimus casus est, absumen-  
da piscibus (vel ut Parisina Guidonis Breslei habet editio :  
absumuntur à piscibus, &) insepulta sunt corpora. Rechè hunc  
Vegetii locum adhibet, ut mortem naufragii veteribus in-  
viam doceat, post alias & Lamp. Alardus c. 12. Epiphyl. p.  
153. Sed non video cur statim addat alterum Silii Ital. lib.  
VI. v. 202. Hunc (Aquinum) medio invadit fluctu, ripeaque rela-  
tos (Heu genus infandum leti!) depasit artus. Neq; enim Aqui-  
num Poeta narrat in aquis periisse, sed ex aquis, quò sal-  
vandæ vitæ causâ natandi peritus confugerat, extraictum  
& voratum fuisse à famoso illo serpente, cuius Gellius VI.  
3. & alii meminere. t) de resurr. mort. f.m. 42. Ετοι δέ τα φα-  
ειν, μόλις αὐτῷ οὐκαντα τὸν τοῦ νεανισμόν καὶ ποτυποῖς δυοδανά-  
τον ἔχοντα γνώσθη τε φῶν. Callidè Petavius ultima tria verba,  
quæ causam τῆς δυοδανίας continent, omittit. not.ad Sy-  
nes. f. 47. rectius fakturus, si totum Athenagoræ locum,  
qui sane ad Synesium nihil facit, omisisset. Erant, qui re-  
surrectioni opponerent illorum casus, qui pisibus aut a-  
liis

huius animantibus in escam cederent. Huic objectioni responderet vult Achenagoras, de quo & Calixtum vide c. 8. de immortal. anim. th. 24 p. 97. <sup>a)</sup> Sic disertè Seneca III. de irâ 40. Mentre horum verborum non percepit Lipsius, cum ad ea sic commentaretur p. 109. ESCA) pisibus, qui lento mortu arrebabant, aut sagibabant. Putavit ideo mortem hanc displicuisse, quia lenta esset, à mortiunculis nempe murxarum. Non yetnerat ipsi in mentem, antequam hominem conficerent pisces, suffocatione moriturum ipsum fuisse. Bodin auté de industria Seneca historiam corrupit I. de Rep. 5. f. 36. cum dissimilatis ejus de escâ verbis ait servum ideo genus supplicii deprecatum, ne aquâ immersus ad elysios campos nunquam pervaderet. Sic enim cerebatur, inquit, <sup>b)</sup> à pleriq. anima voragine demersa penitus interire credebatur, ut Synesius emidic. Plura in Bodinum animadverteamus §. 22. x.

Inter se  
conferuntur. §. 14. Hæ ergo tres causa sunt à scriptoribus relatæ, cur mors ab hostili ferro, quam ab undis detrectanda mors fuerit visa. Una quia bello cadere gloriosum; Alia, quia sic in aërem anima efflatur; Tertia, quia sepulturæ spes certior. Eas his quoque momentis inter se distinguis: Prima mortis moram statum <sup>vñ</sup>), cetera duæ magis naturalem <sup>x)</sup> intuentur. Secunda mortem in se considerat, Tertia consequens mortis sepulturam, prima utrumque <sup>y)</sup>. Prima mortem etiam ex morte refugit <sup>z)</sup>, secunda & tertia naufragio eam indubie anteponunt. Qui ex primâ causâ renuit aquis mergi, huic nulla mors placeat nisi bellica; qui è secundâ vel tertiat, facile præter bellum nominabit sexcentas alias, quas non fastidiat.

<sup>vñ</sup>) Fortitudo enim militaris, quæ versus hostem exercit potest, versus fluctum non potest, inter mores virtutes extremum habet locum. <sup>x)</sup> Naturalissimum est homini, ut animam cum extremo spiritu in aerem exhalet (unde putabant antiqui animam à corpore discessuram per os, tanquam januam aliquam exire, Kirchm. I. de fun. 5. p. 40.) mortuus terræ committatur, (juxta Gen. 3, 19.) Utrumq; facile sibi promittere possunt, qui in acie dimicant. Nam nechalcicu supremo ferrum obstat; & hostium sepultura juris gentium est; (Grot. II de

II. de J.B. 19, 3.) At sub undis nec spiritum reciprocare licet, nec facilem sperare sepulturam. Quam tamen vel ideo sibi optabant Gentiles, ne umbræ suæ vagari post mortem, (cangemus hanc superstitionem §. 22. x.) cogerentur. Ergo Romani, quos insepultos vellent, eorum cadavera uncis trahebant in Tiberim, (Kirchm. append. de fun. c. 7. p. 716.) Enimvero, si maximè mortuos ad littus ejiciat mare, desertæ tamen ut plurimū ab hominibus ista sunt arenæ. Quod si forte contingat hominem præterire, quotusquisq; ignoti humandi curam suscipit? nisi forte præmium ferat laboris. Hoc solum propè spei non nihil naufragis faciebat reliquum. Itaque solebant alicui membro alligare præmium, quod sepultus acciperet, (Taubm. ad Culic. p. m. 325.) Cujus ritus egregia mentio apud Synesium, ipsā, quam ad partes postea vocabimus, epistola 4. Evidem fuerunt gentes, quæ suorum funera sic demùni ritè se procurasse crederent, si ea in flumen, in stagnum, in mare præcipitarent, ut Meroitæ quidam, Nasamones, Ichthyophagi, Lotophagi, Pæones, (Strab. lib. XVI. f. m. 555. Sil. Ital. lib. XIII. v. 480. Gerald. de sepel. ritu Tom. I. op. f. 655. 660.) Sed his profecte non major fuit sepulchrorum religio, quam Diogeni Cynico, qui proiecī se jussit inhumatum, (Cic. I. Tus. p. 171.) y) Nam & ipsa mors bellica oppetur in a&u virtutis, & sequitur eam pomposæ gloria sepulturæ. z) Igitur & Aristoteles III. Nic. 6. θάνατον εὐ γελασθῆναι νόσοις conjungit.

§. 15. Quartæ causa, quia non corpori tantum, sed ipsi anima ab Falsa re-  
alio elemento exitium immineat, non à scriptoribus est, sed ab ho- jicitur.  
rum pravis interpretibus. Transmiserunt eam ad nos Servius & Contra  
Synesius, quibus avo recentiore adstipulati sunt alii. Videamus veteres:  
quid afferant argumentorum.

§. 16. Pictius etatis privilegio a) sententiam dicat Servius. Hic Servium.  
ad Virgilium, ubi constitutum inter procellas Æneam ingemere  
scribit b) ita commentatur: INGEMIT: non propter mortem, se-  
quitur enim: ô terq; quaterq; beati c) Sed propter mortis genus. Gra-  
ve est enim secundum Homerum, perire naufrago, quia anima igne a est,  
& extingui videtur in mari, id est elemento contrario, ut: Igneus est ol-  
lis vigor d). Duo urget, autoritatem Homeri, & rationem philo-  
sophicam. Nos à posteriore incipiemus.

B

a) Ser-

a) Servius enim vel paucis ante Augustinum annis scriptis, vel sal-  
tem ei suis *oyyXe9y*, teste Reinesio de ling. Pun. c. 6. n. 3. At Sy-  
nesium ista transcripta A. C. 410. Petavius ad eum f. 48. evincit.  
Quo tempore Augustinum jam senem annorum 55. fuisse com-  
putari potest è Labb. Tom. I. de script. Eccles. p. 125. b) I. Aen. v.  
97. c) suprà §. 9. d) Ita plane legitur in utraque Servii editione,  
unâ Fabricii f. 161. alterâ P. Danielis f. 175. Pauca verba salvo  
sensu omittit Veneta A. 1534. p. 94. Tacito Servii nomine hanc  
ejus glossam Bartbol. Merula Ovidiano loco I. Trist. 2. totidem  
propè apicibus, certè sensibus f. m. 417. illebit, meritus ut ad  
verbū transcripta diceretur Jac. Pontano ib. f. 63. *Vitum Amerpachium, & Thomam Farnabium*, cùm & ipsi Servio sua eripere  
vellent, non verbis tantum sed & sensibus aliquid addidisse dic-  
cas. Sic enim Amerpachius ad Ovidii d.l. f. m. 548. *Loquitur ad  
eorum philosophorum opinionem, qui putabant animam esse quiddam  
igneum, aqua verò cum sit planè contrarium, sic efficeret subitam &  
violentam mortem, atque ob id, ut videtur, miserrimam. Id alicubi  
& Homerius significat: in alio tamen loco dicit, fame mori esse miserr-  
imum.* Farnabius autem ad Senecæ Agamemnon. v. 506. p. 162.  
*Maxime detestabantur fortis boes mortis genus, qui cùm animam i-*  
*gneam esse censerent, aquis illam prorsus extingui putabant. Satis ha-*  
*bet Servius monuisse, animam eò, quòd ignea sit, undis extin-*  
*gui. Addit Amerpachius, mortem eam, ut subitam & violentam,*  
*refugi, (quasi hoc idem de violentis aliis pluribus dici non pos-  
sit.) Farnabius hoc videtur velle, solis fortibus animam suam*  
*igneā censi. (Nempe suā reliqui fœnēā putant, aut aqueam!)*  
§. 17. Ignēz substantiæ habitam à quibusdam Gentilibus, ut *De-  
mocrito, Zenone, aliis e*) fuisse animam nostram, sanè verum est. Sed  
ut ipsum ignem Philosophi celebriores cœlestem, qualis siderum,  
ab elementari distinguunt, ut æternum à caduco: sic animam Zen-  
cum Stoicis suis, saltem melioribus f), quia cœlestis radii scintil-  
lam fecit, hoc ipso aquarium injuria exemptam censuit g). *Demo-  
ritus autem, aut quicunque naturam elementarem animæ dedit,*  
*non magis illi naufragium, quām aliud mortis quodecunq; genus*  
*internecinum esse creditit b).* Id quod Servium nihil juvat, quip-  
pe qui nobiscum in proprium naufragio vitium inquit i).

e) De

e) De Democrito testes præter Plutarchum IV, de Plac. 3. sunt  
Hermias Διογορεύω, & Nemes. c. 2. τοῦ Φύσ. αἰδη. uterq; non  
longè ab initio. De Zenone Cicero I. Tusc. p. 152, Zenoni Stoico  
anima ignis videtur. Eandem Hipparchus sententiam tribuit Ma-  
crob. I. in soma. Scip. 14. p. 72, Hemelito Piccol. c. 14. de plac.  
Philos. (p. 112. Phys.) & Fromond. I. de an. I. art. I. p. 2. f). Nam  
& è Porticu fuerunt, qui animis immortalitatem adimerent;  
de quibus §. 19. g) Stoicis è cœlo & æthere animum advenire.  
Lipsius docet III. Phys. Stoic. diss. 8. ipsum itaque æthereum  
ignem esse, diss. 9. duraturum usque ad universi conflagratio-  
nem diss. II. p. 138. ubi quidem satis nobis est, quod animas  
corporibus superstites esse docuerint, & ecpyro si demum, non  
etiam cataclysmo, quæ minor mors mundi vocatur Lipsio II. 22.  
p. 107. interimi. Sequebatur autem hæc æternitas istis philoso-  
phis ex hypothesi, quod anima naturam suam igni debeat, non  
elementari, sed cœlesti. Clare Quintil. decl. 10. p. m. 164. 165. a-  
nimam flammæ vigoris imperium perennitatemq; non ex nostro ignis  
mentem, sed quo sidera volant, & quo saeculi torquentur axes, inde ve-  
nire, unde rerum omnium autorem parentemq; spiritum dicimus, nec  
interire, nec solvi, nec ullo mortalitate affici esto. Ergo nec aquas  
credebant huic igni mortiferas. Quid salutares fortasse potius.  
Certe Solem & Lunam Stoici pasci volebant marinis & fluvia-  
libus aquis. Vid. Lips. II. Phys. Stoic. diss. 14. p. 88. qui & p. 89.  
Homerum, duce Macrobio (cui per nos §. 32. x. Heraclides  
Ponticus accedit,) huc trahit. Conf. que de animabus humido  
gaudentibus differit Porphyr. de antr. nymph. p. 257. Etiam hoc  
adde, quod à Stoicis igni, ut primo calido, non aqua, sed aer,  
ut primum frigidum opponitur, de quo iterum Lips. II. Phys.  
Stoic. 15. b) Democritus immortalitatem animæ negavit. Plut.  
IV. de plac. 7. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, Οὐρανίου, τοῦ σωματού  
διαφθερόν. Laertianus III. 17. Hanc Epikuri per junctionem (cum  
corpo interire animam.) sive illa Democriti sive Dicaearchi fuit,  
redarguam. i) respice ad ea, quæ de Epicuro cavebamus §. 4.  
§. 18. Inquies, fuisse tamen saltē quosdam Stoicos, qui animas  
crederent extingui, si pondere aut mole magnâ, (puta turris aut  
montis) unā cum corpore obruantur. Scio relatum hoc esse à Li-  
psio

pfio k), ad Senecam provocante, & hunc locum à simili fato in a-  
quis per ipsa Servii nostri verba illustrante. Sed Seneca l) Stoicos  
illos, quibus ipse quidem cordatè refragatur, non ait, existimare,  
animas extingui, sed spargi, (h.e. ad ipsius corporis oppressi modum  
diduci ac distineri,) quia non fuerit illi exitus liber m): quod mox vo-  
cat deprehendi & intrà corpus affigi n). Sentiebant ergo isti, animam  
tali ruinâ non perire quidem, sed intercipi, atque præpediri, ne  
possit evolare.

k) III. Phys. Stoic. II. p.159. l) Epist.57. Afferit & Papinum Li-  
psiis è lib. VI. v.882. sed idem de utroque ferendum judicium.  
m) Hinc etiam illud interpretor ejusdem Seneca extremo c.19.  
lib. III. de irâ, in Cajum, spongiis aut pannis os eorum, quos  
interfici vellet, occludi jubente: Qua ista sevitia est? liceat ulte-  
rimum spiritum trahere! Da exitura anima locum! liceat illam non per-  
dulnus emittere! Hoc ultimum comma Lipsius in physiol. obtice-  
re non debebat. Vides enim, eos, quorum hîc linguam Seneca  
mutuatur, non vitam animæ hoc in casu, sed exundi quâ vel-  
let libertatem abjudicasse. Ergo & strangulatorum Gávarov usca-  
gjv, gladio occisorum xagjuegj appellabant, (Dannh. Disp. XII.  
Decal. in fin.) puta, quia persuasum haberent, strangulatis ani-  
mam per obsecnum corporis cavum, cùm per os non possit,  
egredi. n) Lipsius hîc mavult, effigi. Credo, ut exitium animæ  
designetur. Sed tu nihil muta. In re non absimili Horatius II.  
Sat. 2. v.77. Corpus onustum Hesternis virtutis (an vini legendum? ut  
apud Virgil. Ecl. 6. v. 15. hesterno Jaccho, conf. 5. 38. x.) animum  
quoque pragmatum, Atque affigit humo divina particulam aura.  
Ubi cum Lambino p. 133 affigere interpretamur gñvi quodam  
iñtu & impetu ad humum abjecere.

§.19. Evidem de duratione animæ humanæ non eadem omniū  
sunt Stoicorum sententia. Sed qui perire quasdam alii salvis dis-  
serebant, exitii causam non in elementi frigus aut molē, sed ipsius dis-  
animæ vitium conjiciebant e) h.e. ut cum scholis loquamur, ab int-  
râ corrupti eas, non ab extrâ sciscebant. Hoc certum habet, ait Se-  
neca p), si superstes est corpori, propter hoc illum (animum) nullo gene-  
re posse perire, per quod hoc (corpus) perit: quoniam nulla immortalitas  
cum exceptione est, ne quicquam noxiū aeterno est.

e) Aje-

*Habebat enim solas Sapientum animas perennare, cæteras  
tamen a mortaliis et a corporibus emori. Ergo  
secundum hos animas mortales ab immortalibus distinguebat  
insipientia, quo nomine & morale vitium comprehendebant. Sic  
sentiebat Chrysippus. Aliter Panætius & Cleanthes, quorum  
ille sine discrimine omnes mori, hic usq; ad Epyrosin omnes  
durare aiebat. Habet ita Stoicorum tres sententias. De Chry-  
sippo & Cleanthe Lipsium vide III. Phys. Stoic. II. de Panætio  
Ciceronem I. Tusc. p. 165. p) verbis finalibus ipsius Epistolæ 57.  
in quibus lectionem Lipsi secuti sumus.*

S. 20. Age vero ponamus tuisse, qui flammæ huic cæteroqui per-  
ennaturæ exitialem ponerent sive montis ruinam, sive vim flu-  
ctuum: probandum est Servio, si glossam tueri suam velit, sic Vir-  
gilium sensisse. Quod profecto versus, quos Aeneas dat libro pri-  
mo, adeò non efficiunt, ut nihil minus.

S. 21. Neque hemistichion illud è sexto Aeneidos q) attractum:  
*Igneus est ollis vigor, Servio proderit. Sequitur enim: & cœlestis ori-  
go: præcesserat: Principio cœlum ac terres camposq; liquentes, Lucen-  
temq; globum luna, titaniasq; astra Spiritus intus alii r): ut intelliga-  
mus, Virgilium animas à cœlesti, h.e. æterno s) igne ac divino t)  
traducere, qui campos etiam liquentes, h.e. mare alat, tantum abest  
ut ab eo tanquam contrario sibi elemento præfocetur.*

q) v. 730. quem locum Servius ipse f. 258. 259. ed. Fabric. tra-  
dans, ex Poeta mente multa de animæ immortalitate differit,  
de excepto naufragii casu nihil. r) v. 724. s) III. Aen. v. 154. Vos  
æterni ignes, t) simile enim illud IV. Georg. v. 221. Deum namque  
ire per omnes Terrasque ematissimæ mari.

S. 22. Ut omnis dematur scrupulus, ipso, quem diximus, libro  
sesto u) Leucaspis & Orontes, quos Auster una cum navibus aquæ  
involverat, apparent Aeneas, quorum animæ videlicet, quoniam  
nondum essent sepulti x), vagabantur. Quem ad locum Servius  
annotans, Aeneam quoque in flumine Numico periisse, statimq;  
Juvenalem y), qui aquæ eum ad fidens missum testatur, adlocans z)  
nescio satisné memor eorum fuerit, quæ ipse ad primum Aenei-  
dos excidere sibi erat passus.

u) v. 331. & seqq. x) Creditum est, insepultos non ante ad inferos re-  
B 3 digi,

digi, quām justa perceperint, secundūm Homericum Patroclum, Tertull.  
de anim. f. m. 686. Adde Jac. Pont. f. 14. 26. & Cerdam. f. 658 ad  
VI. En. Sequitur apud Virgilium v. 337. de Palinuro, qui & ipse  
insepultus Aeneam rogit, ut vel terram injiciat sibi, vel se unā  
trans paludem Stygiam vehat. Sed hoc posterius negat illi dux  
Aeneas Sibylla. v. 374. Tu stygias inhumatus aquas, amnemq; severum  
Eumenidam aspicias, ripamve injussas abibis? Bodinus I. de Rep. 5. f. 36.  
in marg. citat hos versus, ad probandum, aquis immersos non per-  
viadere, ut ipse loquitur, ad Elysios campos, & animas voragine demer-  
tas penitus interire. (Suprà §. 13. u.) Frustrà. Nec enim Palinurus, licet  
ē puppi excusus in mare, vitam ibi finierat, sed in littore demū  
ab accolis interfectus, ut narrat Virgilius v. 361. neq; Sibylla, cur  
Eumenidum animam aspicere ipsi non fas foret, genus mortis  
causat, sed quia est in humata: ac præterea longè aliud est, ani-  
mam perire, aliud post mortem corporis ultrà stygias aquas deti-  
neri. y) Sat. XI. v. 63. z) Equidem nec in editione Servii Venetâ  
A. 1534 p. 199. nec in Parisinâ A. 1600. P. Danielis f. 418. hæc ha-  
bentur. Habentur tamen in Basil. Fabricii A. 1551. f. 519.

§. 23. Hæc de ratione, cui simul Virgilii teitimonium implicuerat  
Servius. Nunc de Homero, quod superevit, exequamur. Ubi Servius,  
nullum Poetæ locum exerte citanti commode suppetias mittit is,  
ad quem ordo nunc vos vos vocat, Synesius a). Narrat ille b),  
quemadmodum sibi naviganti, cum res ad naufragium spectaret,  
terrem incusserit Homericum illud, mortem in aqua etiam inter-  
ritum esse ipsius anime, statimq; verba in hanc rem non una ex u-  
troq; poemate profert. Nostrū est singula particulatim excutere.

a) Igitur ex hoc scriptore lucem Servio infert Nannius VII.  
Misc. 2 Locus Synesii est Epistolâ, non ut Nannius citat, & cùm  
eo non pauci, 3 sed 4. f. 88. ed. Cornarii, p. 35. ed. Naogeorgi,  
f. 162. ed. Petavii. Inscriptis autem eam Evoirio fratri. b) Græ-  
ca verba sunt: Εὐεί ἐγ τοῖς δενοῖς, ὅμνυνοι οὐδενὸν φιλονοία  
πρέσβειον, το διηγέρειν ἔθετον εἰκόνον, μὴ δέραιλης ἐη, τὸν καθ-  
ύδατον ἡλεθερον ειναι καὶ ἀντης τῆς Φυχῆς.

§. 24. Ajatem, inquit c) minorem d), quem unde submerserant, Ho-  
merus narrat periisse, (ἀπολούεναι), ut sciamus, mortem in mari exqui-  
scissimum esse interitum. Neg, enim eadem voce mortes aliorum describit,  
sed hæc p̄brasi: descendit ad orcum.

c) Græ-

e) Græca sunt: λέγει γαρ δέν ὅπε τῶν ἐπῶν (Odyss. d. v. 111. 112.)  
δὲ ἔξαπόλωλεν, (apud Homerum est, quod perinde: αἰς δὲ μὴ ἔνθε  
αἴσπολωλεν,) ἐπει πίεν αἴλμυρὸν ὑδωρ: τὸν δὲ θαλάτην θάνατον αἴρεται  
Εστάτην αἴπολεναι εἶναι πήρε μῆρυς Θ. εἰδέναι γένει αἴλλον ἔξαπόλωλέναι  
Φοῖον, αἴλλον εἴκασθε αἴπολεναι αἴδος θεβεΐης, (ut Iliad. x. v.  
362. & alibi passim.) d) Duos Ajaces apud Homerum habemus,  
unum Telamonis, alterum Oilei filium. De hoc minore, qui rex  
Locrensum fuit; sermo hinc est.

S. 25. Hic non illud afferam, aliter de Ajacis hujus anima sensisse certe Leonymum Crotoniatam, qui teste Pausaniā, e) dixit  
eam sibi in insulâ Leuce apparuisse f): nego vocem αἴπολωλέναι de  
solis naufragis adhiberi ab Homero, cùm eandem in ea ipsâ nar-  
ratione g) & de Agamemnone usurpet, quem Ægisthus per insi-  
dias ferro interfecisset h).

e) in Laconicis f. m. 102. ubi Leonymus ιδεν μὴ ἔφασκεν Α'-  
χιλέα, ιδεν δέ τὸν Οἰλέων, καὶ τὸν Τελαμῶν Θ., εἴλατα. f) Regeri  
enim potest: non ē Pausania litem hanc, sed Homero deciden-  
dam: & exponi Pausaniam posse juxta eos, qui Ajacem fulmi-  
ne Palladis percussum scribant, (vid. interpretes Virgilii ad I.  
Æn. v. 48. inter quos Servius f. 154. ait eum cum anima fulmi-  
nis flamman evomuisse, & Ovidii in Ibin v. 343. aut etiam nau-  
fragium evasisse, (quod autoritate Timæi Locri subnixus verius  
putat Delt. p. 502. comment. in Senec. Agam.) g) Interrogat  
ibi Menelaus v. 489. an quis Græcorum post captam Trojam  
perierit (ἢ τε ὁλέτ' ὀλέθρω, ) sive in navi, sive in manibus ami-  
corum? Respondeat Proteus v. 496. duos omnino Duces periis-  
so. (εὐ νόσῳ αἴπολοντο.) Horum alterum Ajacem memorat ver-  
su, quem Synesius urget, alterum Agamemnonem, ipsius Me-  
nelai fratrem, de quo v. 53. 4. τὸν δὲ τούτον ὄλεθρον αἴνησαγε h)  
Quærit Synesius mysterium in phrasibus distinctis, αἴδος δε βεβη-  
νέται, & αἴπολωλέναι. Frustrâ, idem utrobiq; sensus. In eo tantum  
discrimen, quod prior illa statum animæ post mortem designat,  
in locum suum abeuntis, hæc corporis in corruptionem inci-  
dantis. Quam & vox Φίλιψ Θ. de Ajace nostro ab Aristotele in  
Epitaphiis usurpata insinuat, dum Λάρνα' Οιλιαδην ἐν πελάγῃ  
Φίλιψ memorat. Eandem Homerustamen ad ipsas animas

tan-

canquam superstites transferre non dubitavit, apud quem ve-  
nus est καταφύγοντι cordore in Odyss. l. v. 490. est manibus de-  
functorum imperare.

§ 26. At, inquit Synesius i), in utrāq; Homerī Necyā k), b.c. libro  
XI. & XXIV. Odysseū l) ubi mortuorum anima apparent, minor Ajax nu-  
tissim introducitur, quasi apud inferos ejus anima non esset.

i) Græca sunt: μετά ἀρχῆς τὸ δυσὶν νεκύαιν ὁ μηκεῖς Αἴος εὐδαίμων  
δρεπατ̄ος εἰσενελαζ, οἷς τῆς ψυχῆς τοῦ θόντος ἐτάσθη. k) νεκύαις  
funera hīc interpretatur Cornarius, animarum evocationes Nao-  
georgius, inferias Pétavius. Ego græcam vocem retinere malui,  
quod in vertendo Plutarcho videbam fecisse & Xylandrum lib.  
de aud. Poet. f. 16. & IX. Symp. f. 740. l) His duab. Odysseū  
rhapsodiis A. & o) Necyā nomen inditum à veteribus fuisse,  
docet sub earum initium Eustath. f. 1670. & 1950.

§. 27. Imò verò, inquam ego, introduceitur Odyss. XI. m) licet  
generalibus verbis, in agmine animarum, quarum nomina sigil-  
latim exprimere tedium fuisse. Naufragorum enim umbras ab  
illo consortio nequitiam exclusas voluisse Poetam, ex eo perspi-  
cum est, quod in utraque rhapsodiā n) interrogari facit animas:

m) v. 540. Αἰδή ἀλλα ψυχαὶ νεκύων καταπέθεισται. Εἴποτε δί-  
χι μῆρη, ἔργων τὸν καθόδη ἐκδηλ. n) Odyss. l. v. 397. Ulysses ani-  
mam Agamemnonis interrogat: τίς νῦ σε κηρεῖ εὐδάμασσε παιλε-  
γέθος Γεράτοιο; Ήτέ σε γ' ἐν νήσοι ποσειδάνων εὐδάμασσε, Ορος δρό-  
ψαλέων αἰέων αἰεψαγόντων ἀντηπνή; (qui duo posteriores versūs  
Agamemnon v. 405. negat, se à Neptuno domitum fuisse.) Respondens

§. 28. Pergit Synesius o): etiam Achillem, fortissimum alioquin S  
prosus impavidum virum ad mortem in aquis exhortuisse, & exitiatem  
(λευκάλιον,) eam appellasse.

o) Græca sunt: ηγή κακάλος δινῆς οὐ ψυχότανε τοντον φίλοκιν  
δυνόντας αποδειλιάς πορειῶν τὸν τὸν δάναον, οὐγε ηγή λευκά-  
λον καλέται.

§. 29. Ita sanè est. Sed causam averstationis ex Homero ipso co-  
gnovimus suprà p) longè diversam ab eā, quam Synesius ex aere  
captat. Ringitur Achilles, quod fortis ipse à fortii Hectorē non  
fuerit

fuerit occisus potius. Ergo quod maritimam mortem λαγαλέον cognominat, ex itialem interpretabimur, non animæ sed corpori, quo pacto perpetuum hoc epitheton fuerit; aut ignoramus potius, vel ingloriam, nam & hanc vocis illius vim esse constat q).

p) §. 8. f. q.) De voce λαγαλέων videndum Eustathius ad Odys. β. v. 61. (ubi λαγαλέον sunt imbelles,) f. 1434. & ε. v. 12. (suprā §. 8.g.) f. 1542. E quo disces, pro etymi diversitate modò ex itialem eā notari, à λοιρός, exitiū, modò imbellem, à λεγαθαι, cùbare, dormire. Didymus ad Iliad. φ. v. 281. f. 352. λαγαλέων interpretatur χαλεπόν, ἀδόξω. Idē sive quis alias ad Odys. ε. v. 312. f. 63. ἀδόξω, ή ἀδυνάτω, ή τοῦ διὸ οὐδατόν. Nannius VII. Misc. 2. Taubm. ad Culic. p. 327. & Alard. epiph. p. 153, mortem λαγαλέον reddunt indignam & perniciōsam, quorum hoc Syncesio, illud veritati dedito evidentur.

§. 30. Ultimum ē Syncesio hoc est: Hec inquit r), animo volvens vi deo milites, quorū adēmant, gladios extixisse, ac scissitatus ab illis audīo, melius esse, ut animam super tabulata navis in aerem, quād pūli post in fluctus exbalarent. Hos ego sponte factos ac nativos Homeris settatores arbitribar, eisq; sententiā favebam.

r) Græca sunt: Τάτους ἐλίθου τάς λοισμύς ὁρῶ τάς σερπιώτας ἀπαντας ἔστι ασ μῆτε μαχαιρες. καὶ πυθόμην Θεούδανον παράσπειν, ᾧς καλέν Σῆτι τῷ κατισθάματι Θούλας ἐπι ταφές τεν δέρε τὴν ψυχὴν ἐρυγάνει, ἀλλὰ μη τοσχές κύμα χανόντας. τάτους ἀντφεις Ουπερδας ἐνομιστα, ηγέ έβεμπν, τῷ δόγματι.

§. 31. Sed omnino verius est, milites hoc fecisse, quod satius esse ducerent, militarem s) mortem, vel magis naturalem certe r) obire. Quis enim credit, huic hominum generi ultrò in mentem re tam ancipiūt venisse, quod subducto diu supercilios ad ex usandum Homeris versum interpres quondam aliquis elucubravisset?

s) Juxta rationem primam §. 7. Quam nec Taubmannus ad Culic. p. 327 nec Nannius VII. misc. 2. licet Syncesium probent, plane dissimulant, mortem illam beroicam vocantes. r) Juxta rationem secundam §. 12. cui favent ipsa militum verba, licet aliò rapiat Syncesius, & cum eo Cerdá f. 23. ad I. Aen.

§. 32. Enim vero, quoniam testatur Eustathius u) Homer de A- (occasio jacis morte versum illum in re gravi adeo simplicem atq; affecti- erroris.)

C bus

bus vacuum veteribus visum, ut mirati sint, cum Aristarchi eber-  
lum effugere potuisse; nihil similius est vero, quam Græculum ali-  
quem nugacem, ut isti censuræ occurreret, gravem emphasis rūm  
in verbo ἀπόλωλεν ex cogitavisse, tūm in causā, quæ sequitur, ἐπεὶ  
πιν ἀλμυρῷ ὄδωρ. Cui commento rectorium à philosophiâ, quæ i-  
gneam animæ substantiam prosteretur <sup>x)</sup>, emendicari decuit. Ac  
perierat, opinor, tām nobile arcanum <sup>y)</sup>, nisi Servius ac Synesius  
cum aliis suis nāvis <sup>z)</sup> ad nos transmisissent.

u) ad Odyss. d. v. 511. f. 06. τὸ τοῦ τὸ σίχον Φαστὸν παλαιὸν  
ὑδεριὰ ἐπόστος Θέρεθι 2ῃ τὸ λιαν δὲ τελεῖς. δ. διαμυάγοι, ποὺς  
ἔλασθι Αέρισμον οὐελοποιῶντον ἔχει ἐντελεῖαν σίχον. εἱδε τὴν  
Φερόνι, αἴλα 2ῃ τὸν γῆν, (perperam hoc invertit Spondanus ad  
h. l. Homer. f. 57.) μὴ γενναῖ γδε δοκεῖ ἀπαγένεις γὰρ τὸ περιστατικόν Φερ-  
σαγ, καὶ διονύσιον εἰς τὸ άστειον μᾶς <sup>x)</sup>. Nam Hippomus quidem dogma,  
animam aquam esse differentis (Arist. I. de animâ 2. Nemesi, ἀριθ.  
Φύσ. αἰθ. c. 2.) assumi hanc in rem non potuit. Multò minus  
Platonis, animam substantiam immaterialē, σοιαν ροντήν, (Ne-  
mesi. d. l.) definitientis. Cujus de animarum aternitate librum  
Ambraciota Cleombrotus cùm legislet, è muro se in mare ab-  
jecit, (Laetant. III. 18. Cic. I. Tusc. p. 166) nimis ut immortalis citò fieret. Igneam ergo animam statui oportuit. Quan-  
quam ne sic quidem desit Aristarchis fortasse, quod velut ine-  
ptum veru configant. Cur enim hāc in causā ὄδωρ ἀλμυρῷ νο-  
cat Homer? Cur non ἥπτιον quæfivit epitheton? constad si  
quidem *salsā* maris aquā potius ali incendium, quam extingui,  
(Camerar. I. succis. 26.) Et solis, qui non minus animâ igneus  
est, alimentum esse humidam essentiam, maximè *salsā* (*ἀλμυρά*), juxta Homerum asserit Heraclid. Ponticus in alleg. Ho-  
mer. p. 68. lat. (p. 355. græc.) Repete § 17. g. y) Sanè apud Eu-  
stathium & Didymum ἡδὲ γεννήτην hujus est glossa. z) Servium *com-*  
*menzatorem sapientis orationem* vocat Kipping. I. antiq. Rom. I. p. 22. Ex  
eburneā portā multa illi excidere somnia viri docti jam obeyerunt,  
Bochart. Part. II. Hieroz. f. 208. Synesium Cyrenensem episco-  
pum, nisi jocari forte ad fratrem, voluit, mireris ab ordinatione  
recentem (in hoc enim tempus navigationem illam ejus & e-  
pistolam conjicit Petavius f. 48.) terreti potuisse talibus nugas-  
rum

rum quisquiliis. Sed magis mirum est, sacro eum, cùm resurre-  
ctionem nondum crederet, lavacro tingi potuisse, Evagr. I. Eccl.  
hist. 15.) Tantas in eo radices egerat Gentilismus. Cujus in hác  
etiam Epistolá reliquias notes, ut cùm initio loci præsentis ne-  
scio quem Philosophia Deum (suprà §. 23. b.) cùm postea Xe-  
num (cic oīdeū oīzēū p. 36. ed. Naog.) jurat.

§. 33. Progrediendum jam est ad recentiores, qui veteri somnio *contrà re-*  
novos tibicines ex aliis, quām Servius & Syncsius fecerant, scri-*centiores.*  
ptoribus eunt suppositum. Ubi quidem non est cur *Pedonia albino-*  
*vani, Seneca, Guli. Britonis, Athenagora, Ovidii*, aut similes loci à qui-  
busdam a) *huc adaptati* sed à nobis jam *suprà b) expositi* nos mo-  
rentur. Verus eorum sensus facile luce falsum obscurabit.

a) Delrio, Farnabio, Barthio, Petavio, Bodino, Merulâ, A-  
merpachio, suprà §. 5. d. 13. et u. 16. d. b) §. 10. 12. 13.

§. 34. Alius Ovidii locus ex éadem est Elegiâ, c) quem è Synesio Bersma-  
Bersmannus d) illustrare tentavit, non sine veri aliquâ specie, si num;  
primam frontem a spicias. Ait enim: *Opprimet banc animam fluctus.*  
Verum quia postea a) fatetur Poeta, se à Diis quoq; maris ad Sty-  
gias undas m̄cipi potuisse, nihil certius, quām animam de visu corpo-  
ris f), non de altera hominis parte exponi debere.

c) I. Trist. 2.v.37. d) ibip. 301. e) v. 65. *Mittere me Stygiassim jam ve-*  
*luisse ad undas Cæsar, in hoc vestrâ non equifuerit ope.* Totâ Elegiâ  
Deos maris & Celi alloquitur. f) Ita rectè Jac. Pontanus f. 61.  
Qui cù Cerdâ ad I. Ann. v. 102. f. 24 docebit, bonis scriptoribus  
animam usurpare pro vita non esse insolens. Sic & sacer Evangelista Joh. 10, 11. ὁ ποιῶν ζωὴν τὴν ψυχὴν αὐτὸς (Luth. sein Leben)  
τίγηται τοῖς ταῦτας. Similiter ergo exaudiendum & il-  
lud Papini: *me ges banc animam*, suprà §. 9.

§. 35. Ex iis, quibus Syncsius ac Servi n̄ juvare voluit *Delius* g) *Delrium;*  
rel. quum fecimus nobis solum *Alexandri Aëoli* ex *Eroticis Parthe-*  
nii h) carmen i), ubi versio interpretis Cornarii, quæ puto sub-  
mersi Anthei extitum k) sonat, virum doctum videretur decepisse. Qui  
si reliqua saltē vel ejusdem versionis verba perpendisset, quæ u-  
nā cum Antheo narrant *Orcum ad usque suspendio voluntario extin-*  
*ctam Cleobœam*, facile intelligere poterat, à Græci Poetæ verifi-  
bus adeò nihil esse illi cause præsidii, ut eam jugulent potius.

g) Comm. in Senec. Agamemn. p.500. 501. ubi Seneca ac Pedenoni Albinovano, (à quibus §. 10. nos absolvimus,) socium addit Alexandrum Åtolum. b) Histor. 14. de Antheo. i) E septendecim Alexandri distichis solos tres ultimos versus unà cum interpretatione Jani Cornarii, (hie enim edidit Basilez A. 1531.) exhibet Delrius. Summa narrationis hæc est: Antheus regii generis ex Halicarnasso adolescens Phobio Milesiis imperanti obses datus fuit. In hujus amore Cleobœa Phobii uxor incensa cùm pudicum juvenem frustrâ sàpè sollicitasset, libidine in iram versâ vas aureum putoe injecit, Antheumq; id ejus rogatu extrahere volentem gravi saxe injecto demerit, ipsa præsceleris, præve redivivi amoris impatientia laqueo collum induit. Hæc Alexander Åtolus sub Apollinis, ut apparet, personâ tanquam tem futuram prædicens ita finit: οὐδὲ τὸ δέ πλευτόν εἰσιν πολλὰ δύο τριπάτα. (perperam apud Delrium legitur, οὐδὲ σύμπατα.) Ήγέρον δύναμος τὸ μεμορθόν, οὐδὲ τὸ δεῖγμα Αὐτοῦ οὐν τοῦ βησιεταί εἰς αἴδην i. e. Et tunc hospitium ille multo miserrimum (Antheus) sepulchrum tumefaciet fatale, (aquam) Ipse verè (Cleobœa) collum sibi neclens cum ipso in orcum descendet. Nescio cur Cornarius futuri temporis verba, quia in præcedentibus seruaverat, hæc in præterita mutaverit, ita reddens: Sicut ruit præcepis hospes in exitium Infelix undas tumulum sorritu: at ipsa Collum fune lignans huic comes orcum adiit. k) Vox hæc in græco non est. Et si esset, ad corpus trahenda foret, non ad animam, ut illa λαλεῖται §. 29.

¶ Cerdæ. S. 36. Infrimitatem testimoniorum à Delrio citatorum videtur agnoscere Jo. Ludovicus de la Cerdæ l). Igitur nutanti arguento alia circumspexit fulera. Exploremus quād firma.

l) ad I. Aeneid. v. 97. f. 23. ubi cùm causam perorâset, Delrii testes in aliun locum (puta f. 24. ad v. 102.) rejicit. Vide supra S. 10. l. m.

S. 37. Initio trahit hic illud Heracliti m), Ψυχὴς θέατρον ὁδονούσιεται: animis aqua est mors. Unde hanc lectionem hauserit, videat ipse. Apud Clementem quidem Alexandrinum n) pro γίνεται scritum reperio ψεύδεται o). Præcedunt autem & sequuntur ea, quæ dubitare nos non sinunt, sermonem Heraclito fuisse non de ani-

mæ

in aquis extinctione, sed de elementi in elementum transmutatione p). Vertendum ergo: *Aer i q) mors est, fieri aquam.*

m)quem suprà §. 17 e. tradidimus anima substantiam igneam dedisse. n) VI. Strom. f. 230. ed. Heins. o) nec aliter apud H. Stephanum p. 131. Poef. Philos. qui loci Heraclitei mentionem addit fieri à Proclo etiam & Philone. p) Præcedit de eadem trans-elementatione locus Orphæ, à quo sua turatum esse Heraclitum significat Clemens. Heracliti autem reliqua verba, Cerdæ omissa, sunt: ὑδατὶ δὲ πάντας οὐκ θεότας. Εἰς γὰς δὲ ὑδατας πάντας, εἰς ὑδατας δὲ πάντας. Max. Tyrius diss. 25. p. 257. ex Heracliti sententiâ: Σὺ ποὺ τὸν γῆν πάντας πάντας, καὶ διὸ Σὺ τὸν ποὺς πάντας πάντας. Οὐδὲ ποὺ τὸν αἴρεται πάντας πάντας. Quem ad locum Heinlius in notis p. 110. gemina profert ex Antonino. q) ψυχὰς αἱτητας αἴρεται πάντας πάντας. hinc ponit evincit vel collatio locorum parallelorum lit. præc. Græcorum exemplo etiam latinæ animam usurpaverunt pro acre. Hinc Marcus Messala apud Macrobius I. Sat. 9. p. 212. aqua terraq; vim gravem, ignis atq; animæ leuem dicit. Lucret. lib. 1. p. m. 103. Et qui quatuor ex rebus posse omnia ventur, Ex igni, terraq; atq; animâ procrescere & imbri. Ciceronem quoque sic locutum docebit Nizolius, & Castig. in I. Tusc. Victorius p. m. 503.

§. 38. Excitatil aliquis in nos fortasse Porphyrium r), & Aristidem Quintilianum s) qui illud Heracliti: *Ψυχὴν τὸν πάντας πάντας*, animabus mortem esse, si sunt humida, ad animas hominum transiunt: Sed hi aut vim inferunt sensui u), aut duos Heracliti operari esse locos distinctios x). Neq; tamen ipsa sotrum interpretatio causam Cerda adjuvabit: siquidem comparant illam gnomen cum aliâ ejusdem Heracliti, quæ animam secundum sapientissimam esse pronunciat y): sensum autem esse volunt animam quandiu pura est, atque in aethere degit, sicciam esse, vereq; vivere, illapsu in corpus humescere ac mori.

r) de antro Nymph. p. m. 256. s) lib. III. de Musica p. 106. t) Marc. Meibom. not. ad Aristidem p. 307. pro ψυχὴν, quod erat in codicibus, legendum putavit ψυχῆς. Ego dativum pluralem ψυχῆς pratuli. Sic enim planè est apud Porphyrium. Quem ex Aristide vicissim emendo, & de verbis, ne ψυχὴν πάντας, priora duo, quæ sensum planè contrarium reddunt, expungo. Id

C 3 yule

vult velut ex Heracliti mente Porphyrius, animas, dum corporibus illabuntur, ex igneis humidas fieri: hunc illapsu in verò mortis esse aliquam speciem, ab animabus tamen errore quodam deceptis eum cœu rem bonam appeti, (conf. Virgil. VI. En. v. 751.) τηρψαί οὖν, inquit, τὸν τοιούτον εἰς τὴν φύσεων πόσον. Sciolus aliquis, qui absurdum crede et, eadem rem & mortem, & voluptatem esse, τηρψεως vocem ad precedentia quoq; transculit, illique mortem opposuit. a) si eundem Heracliti locum & Clemens & Aristides adhibuit, ut Meibomi d. l. placet. x) Hoc ut verius putem, movent me verba, quæ apud Porphyrium de τηρψεω adduntur, Clementinis planè diversa. y) Ενεργεία ψυχής οὐ πάσην. Sic habet Porphy. p. 257, Heraclitus ipse dixerat, quod perinde est: οὐν ψυχή οὐ πάσην. Atque sic è Plutarcho apud Aristidem quoque legi reæ jubet Meibomius. Fuerunt, qui sic eam animam hic interpretarentur sobriam; Vid. Adr. Jun. Cent. III. Adag. 1. Hi ergo mortem animæ humiliam nihil aliud esse dicent, quam ebrietatem. Sed ne hoc quidem Cerdæ placeat. z) Secundum Platonis philosophiam hæc dicuntur, cujus Porphyrium & Aristidem studiosos suisse, & ad eam rem aliorum Philosophorum placita traxisse liquet.

S. 39. Pergamus in Cerdā: At hanc veterum, inquit, persuasionem pertinere arbitror Plutarchi locum de primo frigido a), ubi ait, Homerus non fabulose, sed physicè oportuisse fluvium Vulcano, Neptunum Apollini; atque Elysium dixisse: τάνειον οὐδεν πνεῦσι: compesce aquam ignis penam. Itaque hoc naturali involucro affinarunt illi ad explicandas inimicitias aquæ cum igneâ animâ. Additò apud Persas fuisse supplicandi genus acerrimum & securum repulse, si supplex cum igne in fluvium descendens minaretur, ignem se in eum abjecturum, nisi impetraret, quod percebat. Fiebat enim compos voti, sed puniebatur propter comminationem, utpote injustam & natura contrariam. Quod temetipso conferri queat ad ignem Deum Persarum, non video, cur non etiam ad rem, in qua sum. Verum est, legi hæc omnia, & plura b) penes Plutarctum. Sed eadem non alium in finem differuntur, quam ad probandum, aquam esse igni, primo calido, contrariam, adeoque primum frigidum. Sub hoc involucro animam igneam, & ejus mortem latere, mera Cerdæ est hariolatio, cui paria reddere cuivis in promptu sit. e).

a) f. m. 950. b) ut illud Archilochi: alterā manū aquam ferebat, alterā ignem. Item proverbium de re impossibili: ignem aquā misces. c) Si Cerda licuit in igne animam, cur nobis non licet in aqua ebrietatem exaudire, vel quodvis vitium animæ intimum, & moraliter letale, per dicta s̄ p̄fæced. lit y.

§. 40. Speciatim de Homericā fabulā monemus, nihil minus ab interpretibus ex illâ erui, quam extinctionem animæ d): cui aliias neutquam patrocinati Homerum suprà e) demonstratum est.

d) Inter alia Deorum paria Neptunum Apollini, Vulcanum Scamandro fluvio in favorem Græcorum contrâ Trojanos tendentium dissidentes fecit Homerus Iliad. v. 67. 73. eo exitu. ut Scamandrum Vulcanus penè exureret, contrâ cum Neptuno congregi Apollo detretaret, Iliad. O. v. 36. 467. Nimirum superiores esse, qui stabant à Græcis, decebat. Jam in eo consentiunt Plutarcho brevium Author Scholiorum in Iliada f. 235. & Heraclides Ponticus in alleg. p. m. 67. 69. lat. (græc. 354. 356.) quòd per Apollinem & Vulcanum ignis, per Neptunum & Scamandrum aqua designetur, pugnantia vide-licet elementa. De anima verò morte altum apud omnes est silentium. e) imprimitus §. 27.

§. 41. Persarum verò m. s ille supplicandi minax, ad religionem gentis, ignem pro Deo venerata, referri non tantum potest, sed omnino etiam debet f): Cur ad rem possit, quam Cerda vult, nihil causæ est, nisi probet inter alia prius, Persas animabus ortum ex igne, interitum aliis è casibus nullum, ex aquâ certum dedisse.

f) Vide Brisson, II. de Regn. Pers. p. 164:

§. 42. Si qua talis persuasio unquam hæsisset gentibus, mirum, quod ex omni antiquitate produc nemo potest, quem in quis peritum isto nomine genus hoc mortis abominantem scriptor aliquis tecerit: quod ne quidem eo ipso epigrammate, quod alius ad Servii commentum alludit, auctor est Pierius Vale-rianus o).

g) Sic enim alloquitur Mich. Marullum, quem in Volater-  
rano

gano inflatior solito amnis Cecina fallente equum cæco va-  
do suffocavit: Cur adèst fluctus contraria conari in undis Oppeti-  
se borres cur Helicone satu? Igneus ut gelido vigor extinguitur  
in amne Forte times? atqui sapè fit ignis aqua. Facit autem re-  
spondentem Marullum: Non hoc, inquis, habet male me. Quod  
miles & acer sim, doleo: sub aquis militem obire pudet, &c. Vid.  
Paul. Jov. in Elog. doct. vir. n. 28. p. 68. Pierium ipsum lib.  
II. de literat. infelic. p.m. 115.

**Conclusio.** S. 34. Nos, quia invento illi Virgilii pariter & Homeris, ad  
quos alias provocatum erat, reclamant, quia nec ratio solidia,  
nec idoneus ullus testis faveret, concludamus, indigauim illud  
esse, quo chartas innocentes commaculent imposte-  
rum eruditij.











Hb 5320.  
8°



56,

Retro

VDTT D. 1861

Franz



# Farbkarte #13



B.I.G.

HILOSOPHICA

an 10

NUNDIS,  
n & Syncfium,

Philosophicæ  
hilureâ  
uthorate.

SIDIO  
RISSIMI  
HOMASII,

I. & Minoris Prin-  
legiati,  
ie PATRONI sui omni  
um devenerandi,  
disquisitioni

poches Christianæ

11.

VII.  
RFINIUS,

enfis.

C.

LIPSIAE,  
2.